TIT. XVI. *Ut lite pendente nihil innovetur.*

121. Lite pendente nil innovandum eſt.
122. Quid de Matrimonio, Reſcriptis, privilegijs, & electionibus dicendum eſt? Quandoque valet alienatio rei litigioſæ.
123. Quomodo ceſſet litis pendentia? & de pœna alienantium.

TIT. XVII. *De Sequeſtratione poſſeſsionum, & fructuum.*

124. Quid ſit ſequeſtratio? Quomodo differat à depoſitio? De arreſtatione.
125. De ſequeſtratione conventionali, & judiciali, & quando habeant locum?
126. Quis poſsit eſſe ſequeſter? regularitèr non poſsit. Et de actione ſequeſtraria.
127. Quænam ſequeſtrari valeant, vel non?
128. Quomodo finiatur ſequeſtrum?

TIT. XVIII. *De Confeſsis.*

129. Confeſsio deſcribitur, & dividitur.
130. Quando reus teneatur reſpondere Judici de crimine interroganti?
131. 132. Confeſsio judicialis quomodo fieri debeat?
133. Interrogatus in judicio quando debeat reſpondere? Confeſsio judicialis eſt probatio. Quando poſt ipſam requiratur, vel non, ſententia?
134. De confeſsione incidenti, & qualificata. Quid de recuſante poſitionibus reſpondere?
135. De confeſsione extrajudiciali.
136. De confeſsione per alium facta. Quando poſsit revocari confeſsio?

TIT. XIX. *De Probationibus.*

137. Probatio deſcribitur, & dividitur. De probatione plena.
138. De probatione ſemiplena.
139. Quomodo fieri debeat probatio? probatio plena non debet juramento confirmari.
140. Regularitèr agenti incumbit probatio. Quid in judicijs duplicibus?
141. Quando negans teneatur probare?
142. Quis negativam facti probari teneatur?
143. Actor, quin & reus tenetur inſtrumenta edere.
144. Quomodo probentur ætas, & filiatio.
145. De limitum probatione.
146. De inſpectione oculari.
147. De probatione per famam.

TIT. XX. *De Teſtibus, & atteſtationibus.*

148. De teſtium qualitatibus.
149. 150. 151. Qui admittantur, vel repellantur abſolutè à teſtimonio dicendo?
152. 153. 154. Quinam ſint inhabiles ſecundum quid?
155. Quando unico teſti credatur?
156. Ad plenam probationem duo teſtes requiruntur.
157. Aliquando plures, quam duo ſunt neceſſarij.
258. Teſtes debent jurare.
159. An teſtis teneatur reſpondere de re, quam ſub ſecreto ſcit.
160. De teſtium productione, & quoties poſsint produci? Et de termino probatorio.
161. Ad teſtium receptionem debet citari adverſarius.
162. Teſtes debent ſecreto, & ſigillatim examinari, & ſuam depoſitionem ratificare, & cui credatur in diſcordia?
163. Depoſitio debet fieri viva voce, debetque eſſe conformis articulis, clara, & concludens.
164. De quibus debeat Judex teſtes interrogare?
165. Quinam teſtes ſingulares dicantur?
166. In teſtium diſcordia quibus credatur? Et quid ſi ipſe teſtis ſit varius?
167. De publicatione teſtium, de libello de bene probato, & objectionum.
168. Poſt publicatas atteſtationes regularitèr non admittuntur teſtes.
169. Quam fidem faciant atteſtationes in judicio receptæ.
170. De teſtium, & atteſtationum reprobatione.
171. De pœna falſorum teſtium.

TIT. XXI. *De Teſtibus cogendis, vel non.*

172. Teſtes compellendi ſunt deponere.
173. 174. 175. Quinam cogi nequeant?

TIT. XXII. *De Fide Inſtrumentorum.*

176. Quid ſit, & quomodo dividatur inſtrumentum?
177. Inſtrumentum legitimum plenè probat. Quid de protocollo, & copia, vel exemplo? De clauſula guarentigia, & quomodo fiat inſtrumentum?
178. De Tabellionibus, & Notarijs.
179. De varijs Tabellionum differentijs, & quænam inſtrumenta facere poſsint?

180. De charta ſigillata, *Hiſpanè*: *Papel Sellado.*
181. Inſtrumenta debent à Tabellionibus ſubſcribi, & ſignari.
182. Ut detur tranſumptum citatur pars contraria. De Regiſtratore, & Cancellario. De Cancellaria Romana, Dataria, & Bullis, & Brevibus, quæ ibi expediuntur.
☞ Id. num. Gratias quæ per datariam Apoſtolicam, & Secretarium Brevium ſunt expediendæ, deſignantur à Bened. XIV. In Bulla quæ notatur. *
183. De Scripturis authenticis.
184. De Scripturis deductis ex aliquo archivo. De Libris, & Matriculis variorum Officialium.
185. De Libris Mercatorum, & de eorum foro ſpeciali.
186. De Epiſtolis, aliiſque Scripturis privatis, & quomodo probent?
187. Scriptura ſimplex recognita habet paratam executionem.
188. Quid ſi debitor Scripturam non recognoſcat?
189. Actor, quin & reus, & aliquando tertius inſtrumentum edere tenentur. Quid ſi inſtrumentum ſit amiſſum?
190. 191. 192. Inſtrumentum quomodo impugnetur.

TIT. XXIII. *De Præſumptionibus.*

193. Quid ſit præſumptio? Et de ea prout eſt nimia ſui confidentia.
194. Præſumptio differt à fictione juris, & opinione. Quid, & quotuplex ſit indicium?
195. Præſumptio juris tantum, & juris, & de jure.
196. Contra præſumptionem juris, & de jure, an admittatur probatio?
197. De præſumptione hominis, & quando ex ea poſſit ferri ſententia.
198. 199. De aliquibus præſumptionibus in ſpecie.

TIT. XXIV. *De Jure jurando.*

200. Quid ſit juramentum? Et de aliquibus jurandi formulis.
201. Juramentum eſt actus religionis.
202. Juramentum eſt in uſu in omnibus Tribunalibus. Quid de homagio? Quinam ad jurandum admittantur?
203. Quotuplex ſit juramentum, & quomodo fiat.
204. Per juramentum voluntarium lis finitur.
205. Quæ actio, vel exceptio ex tali juramento reſultet?
206. Juramentum debet ab alio deferri, & poteſt in qualibet controverſia præſtari.
207. A quo, & quibus deferatur? Et regulariter ſolùm contra deferentem habet vim: & delatum poteſt referri.
208. Juramentum neceſſarium quid ſit? Et ſubdividitur in ſuppletorium, & purgatorium. Et in quibus cauſis deferatur?
209. Quando reo, vel actori deferri debeat?
210. Defertur poſt publicatas atteſtationes. Et ille, cui defertur non poteſt illud recuſare. De pœna recuſantis, & de ſententia poſt ipſum ferenda.
211. De juramento judiciali, & quomodo, & quando præſtari oporteat?
212. Quando poſſit revocari? Quæ actio, vel exceptio ex eo reſultet?
213. De juramento in litem: cui, & à quo deferri poſſit? De juramento veritatis.
214. De juramento affectionis, & ejus delatione. Et de juramento ſuper intereſſe ſingulari.
215. Juramentum promiſſorium inducit obligationem ex religione, & juſtitia: & hac tenentur ſucceſſores jurantis. Et de ſucceſſore illius, cui eſt præſtitum juramentum.
216. De aliquibus conditionibus in juramento imbibitis.
217. De aliquibus juramentis illicitis.
218. Juramentum, quod ſine peccato poteſt adimpleri, valet.
219. Juramentum confirmat contractum Jure Civili invalidum.
220. Quis poſſit juramentum relaxare?
221. Quis Epiſcopus, & ex qua cauſa relaxet juramentum?
222. Princeps Sæcularis nequit relaxare directè.
223. De perjurio, & ejus pœna.
224. De aliquibus propoſitionibus damnatis, & reſtrictione mentali.
225. De juramento comminatorio, & execratorio. Item de adjuratione.

TIT. XXV. *De Exceptionibus.*

226. De exceptione, replicatione, & duplicatione.
227. 228. Exceptio variè dividitur.
229. Exceptio conceditur etiam illi, cui actio negatur. Et Judex aliquando poteſt ſupplere exceptiones.
230. Exceptio declinatoria ante litis conteſtationem opponitur.
231. Peremptoria poſt litem conteſtatam.
232. Reus plures exceptiones opponere valet. Exceptio rei judicatæ in foro Eccleſiaſtico admittitur in ſæculari, & è contra.
233. Aliquæ exceptiones, quæ aliquando non permittuntur opponi.

TIT. XXVI. *De Præſcriptionibus.*

234. Quid ſit præſcriptio, & uſucapio?
235. Qui poſſint præſcribere?
236. Quæ non poſſint præſcribi?
237. 238. De bona fide, & ignorantia juris, vel facti.
239. Tempus anteceſſoris continuatur in ſucceſſore.
240. Quomodo probetur mala fides. Via executiva præſcribitur cum mala fide.
241. 242. De Titulo. 243. 244. De Poſſeſſione. 245. De Tempore.
246. 247. Quo tempore res Eccleſiæ præſcribantur? Et de rebus Eccleſiæ Romanæ, & beneficiis Eccleſiaſticis.
248. De rebus Civitatum, & Fiſcalibus.
249. De feudis, primogenijs, fundo dotali, & fideicommiſsis.
250. Quo tempore ſervitutes præſcribantur?
251. Quo tempore præſcribantur cenſus, & aliæ actiones?
252. De actionibus criminalibus. 253. De præſcriptione immemoriali.
254. De interruptione præſcriptionis.

TIT. XXVII. *De Sententia, & re judicata.*

255. Quid, & quotuplex ſit ſententia? Et de ejus actione, & exceptione.
256. 257. Sententia quibus conſtare debeat?
258. Quomodo Judex debeat ſententiam pronuntiare? Quid ſit circunſtantia?
259. Quando ſententia tranſeat in rem judicatam?
260. Judex poſt ſententiam, an valeat eam revocare? Cui proſit, vel noceat ſententia lata?
261. Quando ſententia non tranſeat in rem judicatam?
262. De ſententiæ executione.
263. De modo procedendi in via executiva.
264. In quæ bona fiat executio, vel non?
265. De pœna temerè litigantium.
266. De nullitate ſententiæ.

TIT. XXVIII. *De Appellationibus, Recuſationibus, & Relationibus.*

267. Quid, & quotuplex ſit appellatio?
268. Quis appellare valeat? 269. Quis nequeat appellare?
270. Quid continere debeat libellus appellationis?
271. Quando in appellatione debeat exprimi, vel non cauſa appellandi?
272. A quibus ſententijs poſſit appellari? De clauſula *appellatione remota.* Et de juſtis appellandi cauſis.
273. In quibus cauſis non admittatur appellatio?
274. A quo Judice appellari poſſit, vel non?
275. Gradus, quibus procedit appellatio.
276. Quando in appellatione poſſit recurri ad Judicem mediatum, immediato omiſſo?
277. De appellatione à delegato, & quando appellatur ad Tribunal Dei.
278. Quoties liceat appellare?
279. De tempore interponendi appellationem.
280. De Apoſtolis.
281. De tempore ad præſentandos Apoſtolos, & finiendam appellationem.
282. De effectu devolutivo, & ſuſpenſivo.
283. *Judex à quo* debet appellationi deferre, nec ultra progredi.
284. *Judex ad quem* cognoſcit de cauſa, in qua appellatur.
285. Pendente appellatione regularitèr nequit *Judex à quo* aliquid innovare: & *Judex ad quem* revocat attentata.
286. Quid ſit recuſatio, & quomodo ab appellatione differat? Cauſæ recuſandi, & de arbitris, qui de cauſa cognoſcunt, & qui poſſint recuſari?
287. De Jure Hiſpano in recuſationibus ſervando.
288. De Relationibus.

TIT. XXIX. *De Clericis peregrinantibus.*

289. Romipetæ ſub protectione Papæ ſunt: & ad ipſum appellatur per itineris arreptionem.

TIT. XXX. *De Confirmationi utili, vel inutili.*

290. De Confirmatione in forma communi, & ordinaria
291. De Confirmatione in forma ſpeciali.

## LIBER III.

TIT. I. *De Vita, & honeſtate Clericorum.*

1. Habitum proprium Clerici deferre debent, alias puniuntur.
2. De Tonſura.
☞ Id. num. Clerici Hiſpaniæ Sacrorum Canonum ſimplicitatem ſequuntur in puncto uſus comæ ficticiæ; ſed non Clerici Galliæ, & Italiæ. *
3. De Veſte.
4. Si habitum non deferant privilegio non gaudent. Quid de armis?
5. A crapula, & ebrietate abſtinere debent. Quid de comedijs?

6. Ip-

TIT.

6. Ipſis prohibentur convivia nuptialia, negotiatio, & alia.
7. Nec poſſunt officia, vel commercia ſæcularia exercere. Quid de ludo?
8. Olim in communi vivebant. Muſica vana, & ludi Theatrales in Templis prohibentur.
9. Quæ uſui ſacro ſunt deſtinata non debent uſibus profanis applicari. Clericus debet de bono nomine curare.

TIT. II. *De Cohabitatione Clericorum, & mulierum.*
10. Clerici non debent in ſua domo mulierem ſuſpectam habere.
11. Conſanguineas non ſuſpectas habere poſſunt. Fœminis non licet ad altare accedere.
12. 13. De pœna Clerici concubinarij, & fornicarij.

TIT. III. *De Clericis conjugatis.*
14. Ordo Sacer ubique eſt impedimentum ad matrimonium.
15. 16. Ordini Sacro eſt annexa caſtitas Jure Eccleſiaſtico.
17. De pœna Clericorum contrahentium matrimonium.
18. In minoribus conſtituti contrahere valent, ſed admittunt beneficia.
19. Quid de penſionibus?
20. Clerici conjugati quo privilegio gaudeant.

TIT. IV. *De Clericis non reſidentibus in Eccleſia, vel Præbenda.*
21. Parochus in ſua Eccleſia reſidere tenetur.
22. Et qui præbendam habent.
23. 24. Item Epiſcopi, & alij curam animarum habentes.
25 Poſſunt tamen ad breve tempus abeſſe.
26. Si tempus permiſſum excedant puniuntur.
27. 28. 29. Quæ à reſidentia excuſent?
30. De privilegio Eugenianæ.
31. 32. 33. 34. Qui diſtributiones quotidianas lucrentur?
☞ Id. num. Hortantur graviter Epiſcopi ad reſidentiam, & cauſæ illorum abſentiæ examinari debent à Congregatione ad id deputata. *

TIT. V. *De Præbendis, & Dignitatibus.*
35. Quid ſit præbenda, Dignitas, & beneficium?
36. Quæ beneficiorum nomine veniant?
37. Beneficia duplicia, & ſimplicia.
38. Sæcularia, & Regularia.
39. Collativa, & patronata.
40. 41. Compatibilia, & incompatibilia.
42. Quid proſit conſuetudo ad pluralitatem beneficiorum.
43. Pontifex in pluralitate poteſt diſpenſare, & ex qua cauſa?
44. 45. Quid ſit in jure diſpoſitum circa beneficiorum pluralitatem.
46. Quomodo per adeptionem unius beneficij alterum vacet?
47. 48. 49. Quid, & quotuplex ſit unio beneficiorum, & quomodo fiat?
50. 51. Quis poſſit unire beneficia?
52. De cauſa, & alijs requiſitis ad unionem.
53. Unio quomodo probetur, & diſſolvatur?
54. Quid ſit diviſio, & diſmembratio beneficij, & quomodo fiat?

TIT. VI. *De Clerico ægrotante, vel debilitato.*
55. Clerico impedito eſt dandus coadjutor
56. De coadjutore temporali, vel perpetuo: & à quo dentur?
57. Ex qua cauſa detur coadjutor perpetuus Epiſcopo, vel Parocho?
58. Quis det coadjutorem Epiſcopo?
59. De officio coadjutorum.
60. Coadjutor percipit alimenta ex beneficio principalis.
61. De jure coadjutoris poſt principalis mortem.

TIT. VII. *De Inſtitutionibus.*
62. Quid, & quotuplex ſit inſtitutio?
63. 64. Quomodo inſtitutio fieri debeat?
65. Quis inſtituere valeat? 66. Nullus ſe inſtituere poteſt.
67. Intra quod tempus inſtitutio poſt præſentationem fiat?
68. Quid ſit inſtitutio authorizabilis, ſeu approbatio, & ad quem ſpectet?
69. Quid ſit inveſtitura, & quomodo fiat?
70. An laicis inveſtitura permittatur?
71. Quid ſit libera collatio?
72. 73. Quomodo beneficia conferri debeant?
74. De præbendis oppoſitionis.
75. 76. Qui beneficia poſſint conferre?
77. Epiſcopus nequit coadjutorem cum jure ſuccedendi aſſignare.
78. Quas qualitates quis debeat habere, ut ei conferatur beneficium?
79. Quid, & quotuplex ſit reſervatio?
80. 81. Quomodo beneficia vacantia in Curia reſerventur?
82. De alijs reſervationibus, quæ inveniuntur in Regulis Cancellariæ: Et hac occaſione omnes regulæ ad litteram referuntur.
83. De Annatis, & alijs juribus.

TIT. VIII. *De Conceſſione præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis.*
84. Quotupliciter vacet beneficium?
85. 86. Quomodo impetretur beneficium tantum de jure vacans? Non poteſt paciſci de beneficio vacaturo.
87. 88. Beneficia quomodo ipſo jure vacent?
89. Intra quod tempus debeant beneficia conferri?

TIT. IX. *Ne Sedevacante aliquid innovetur.*
90. Capitulum, Sedevacante, Epiſcopo ſuccedit.
91. Non tamen in ea, quæ jure ſpeciali Epiſcopo competunt.
92. Debet Capitulum aſſignare Vicarium, & Æconomum.
93. 94. Capitulum gaudet juriſdictione Ordinaria Epiſcopi.
95. In quæ non ſuccedat Capitulum?
96. Quid de alienatione? 97. Beneficiorum collatione?
98. Quid de unione?

TIT. X. *De His, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli.*
99. Quid ſit Capitulum?
100. Epiſcopus aliqua ſe ſolo ſine Capitulo facere nequit.
101. An poſſit beneficia unire, vel penſionem imponere?
102. Epiſcopus in cauſis Capitularium procedit cum adjunctis.
103. In quibus Epiſcopus cum Conſilio Capituli procedat.

TIT. XI. *De His, quæ fiunt à majori parte Capituli.*
104. Qui debeant ad Capitulum vocari?
105. 106. Quando ſufficiat, vel non major pars Capituli?
107. Quando requiratur conſenſus expreſſus? Quid de contradictione?

TIT. XII. *Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.*
108. Quid ſit penſio?
109. Pontifex poteſt quaſcumque imponere penſiones.
110. Quando imponatur penſio?
111. In qua quantitate?
112. Ad quid teneatur penſionarius?
113. 114. Quomodo extinguatur penſio?
115. De fructibus beneficiorum vacantium.
☞ Id. num. Annulantur contractus, quibus Clerici alienant, cedunt, vel vendunt redditus annuos beneficiorum. *

TIT. XIII. *De Rebus Eccleſiæ alienandis, vel non.*
116. Quid nomine alienationis hic comprehendatur?
117. Quæ res poſſint ſine ſolemnitate alienari?
118. Quæ res nec cum ſolemnitate alienari valeant?
119. Quæ ſolemnitatibus indigeant?
120. Alienatio fit ob neceſſitatem, utilitatem, vel pietatem.
121. Alienatio illegitimè facta debet revocari.
122. De ſolemnitate ad alienandum.
123. De authoritate Superioris, & ſubſcriptione Capituli.
124. De conſenſu Pontificis.
125. De Extrav. Ambitioſæ.
126. De pœna ad illegitimam alienationem concurrentium.

TIT. XIV. *De Precarijs.*
127. Quid ſint precariæ?
128. Differunt à precario, & alijs contractibus.
129. Quid ſit precarium? Quomodo ab alijs contractibus differat, & quis illud concedat?
130. Cui concedatur? De actione ex illo reſultante, & quomodo finiatur?

TIT. XV. *De Commodato.*
131. Quid ſit commodatum, & quomodo ab alijs differat?
132. Quæ res, quibus, & à quibus commodari poſſint?
133. Ad quid commodans, & commodatarius teneantur?
134. Cui pereat res commodata.
135. De actionibus commodati.

TIT. XVI. *De Depoſito.*
136. Quid? 137. Quotuplex ſit depoſitum?
138. Quæ res, & qui depoſitum facere, & recipere poſſint?
139. Ad quid deponens, & depoſitarius teneantur? Quid de culpa?
140. Et de caſu fortuito?
141. De actionibus ex depoſito ortis.
142. Quas res debeat depoſitarius potius ſervare, proprias an depoſitas? Et de Depoſitario Generali.

TIT. XVII. *De Emptione, & venditione.*
143. Quid ſit emptio, & quomodo ab alijs differat? Ad eam requiruntur conſenſus, pretium, & merx.
144. Qui poſſint emere, vel non?

145. Quis compellatur cendere? De Nundinis.
146. De Monopolijs. 147. 148. De pretio.
149. 150. 151. Quæ res poſsit vendi, vel non?
152. De pacto Legis commiſſoriæ
153. De arra, de in diem addictione.
154. Quando venditor teneatur monere de vitio? Emptio traditionem rei, & pretium requirit.
155. 156. De Evictione. 157. De læſione ultra dimidium.
158. Quando non ſuccurratur læſo?
159. De actione redhibitoria, & quanto minoris.
160. Emptor nequit in pretio venditorem decipere. Quid ſi ſciat theſaurum in fundo latere? Quomodo, quando, & in qua moneta ſolvere debeat?
161. De Retractu. 162. 163. De periculo, & commodo rei venditæ.
164. Quomodo diſſolvatur venditio?
165. De Gabella. *Hiſpanè: Alcavala.*

TIT. XVIII. *De Locato, & conducto.*
166. Quid ſit locatio, & quomodo ab alis differat?
167. Qui locare poſsint, vel non?
168. 169 Quæ res poſsint locari?
170. An ſucceſſor contrahentis huic contractui ſtare teneatur.
171. 172. Ad quid tenetur locator?
173. 174. Ad quid conductor?
175. Quid, & quotuplex ſit emphyteuſis?
176. Quis concedat emphyteuſim?
177. Ad quid teneatur emphyteuſim concedens?
178. Quando Emphyteuta poſsit dominium utile vendere?
179. Quomodo finiatur emphyteuſis?
180. Quid ſi Emphyteuta Religionem profiteatur?

TIT. XIX. *De Rerum permutatione.*
181. Permutatio eſt contractus innominatus: & de ejus natura.
182. Res Eccleſiæ nequeunt ſine ſolemnitate permutari.
183. 184. Quæ requirantur ad beneficiorum permutationem.
185. 186. Quæ beneficia poſsint permutari?

TIT. XX. *De Feudis.*
187. Quid ſit feudum, & quomodo ab alijs differat?
188. Quotuplex ſit? 189. Qui feudum dare poſsint?
190. De homagio. Quomodo ſuccedatur in feudum? De primogenijs.
191. De actionibus ex feudo natis.
192. Quomodo adquiratur, & amittatur feudum?
193. Ut amittatur, requiritur ſententia. Quid de Commendis Indiarum, & de Majoratibus Hiſpaniæ?

TIT. XXI. *De Pignoribus, & alijs cautionibus.*
194. Quid ſit cautio, & pignus?
195. Quotuplex ſit? Et qui habeant hypothecam Legalem?
196. Qui poſsint oppignorare?
197. Quæ res in pignus dari poſsint?
198. Quæ actio competat debitori? 199. Quæ creditori?
200. De diſtractione pignoris, & de pacto Antichreſis.
201. De pacto Legis commiſſoriæ.
202. Quomodo finiatur pignoris obligatio?

TIT. XXII. *De Fidejuſſoribus.*
203. Quid, & quotuplex ſit fidejuſsio, & quomodo ab alijs differat?
204. 205. Qui poſsint fidejubere?
206. Fidejuſsio eſt obligatio acceſſoria, & cui obligationi accedat?
207. De beneficio excuſsionis, & diviſionis.
208. De beneficio cedendarum actionum.
209. Quomodo finiatur fidejuſsio?

TIT. XXIII. *De Solutionibus.*
210. Quid ſit ſolutio? Quid, in qua moneta, quo tempore, & loco ſolvi debeat?
211. Quis ſolvere poſsit? 212. Cui ſolvi valeat?
213. Debitor ſolvere compellitur. Et de ceſsionis beneficio.
214. De beneficio competentiæ.
215. Indebitum quotuplex ſit? 216. De indebiti repetitione.
217. 218. De concurſu, & ordine creditorum.

TIT. XXIV. *De Donationibus.*
219. Quid ſit donatio, & quomodo ab alijs differat?
220. Quotuplex ſit? 221. Qui valeant donare?
222. De donatione omnium bonorum. Quid de inſinuatione?
223. 224. 225. Donatio inter vivos eſt irrevocabilis, aliquibus caſibus exceptis.
226. Quid ſit ſpenſio? 227. Quid ſit ludus, & de ejus qualitatibus.
228. Qui poſsint ludere.

TIT. XXV. *De Peculio Clericorum.*
229. Quid, & quotuplex ſit Clericorum peculium?
230. An Clerici ſint bonorum beneficialium Domini?
231. De bonis Eccleſiaſticis.



232. Quomodo Clerici debeant expendere bona ſuperflua?

TIT. XXVI. *De Teſtamentis, & ultimis voluntatibus.*
233. Quid ſit Teſtamentum? 234. Quotuplex ſit? & de Teſtibus.
235. De ſolemnitatibus jure Hiſpano requiſitis.
236. Quæ non prohibentur de jure Canonico.
237. Teſtamentum ad cauſas pias ſolemnitate non indiget.
238. Nec teſtamentum Militare, nec alia de quibus hìc.
239. Qui poſsint facere teſtamentum?
240. De quibus poſsint Epiſcopi, & Clerici teſtari?
241. De commiſsione ad teſtandum.
242. Qui poſsint inſtitui hæredes? & de eorum differentia. Quid de legitima, & de exheredatione liberorum.
243. Quænam ſit legitima in Hiſpania?
244. De hæredibus incapacibus, & indignis.
245. De legatis. 246. Quæ res valeant legari?
247. De falcidia. 248. De portione Canonica.
249. Quid, & quotuplex ſit ſubſtitutio?
250. De Fidei commiſsis, & Trebellianica.
251. Quomodo teſtamentum rumpatur?
252. Irritetur, deſtituatur, & reſcindatur?
253. De Executione, & Executoribus Teſtamentorum. Et de inventario bonorum.
254. De Obligatione Executorum.
255. Pontifex poteſt ultimas voluntates ad pias cauſas factas mutare. 256. De Codicillis.
257. De forma teſtamentum condendi jure Hiſpano.

TIT. XXVII. *De Succeſsionibus ab inteſtato.*
258. Decedente aliquo ab inteſtato legitimi hæredes ei ſuccedunt, ſcilicèt, deſcendentes.
259. Aſcendentes. 260. Collaterales. 261. Qui alij?
262. Quid de bonis Clericorum? 263. Et Religioſorum?

TIT. XXVIII. *De Sepulturis.*
264. Quid, & quotuplex ſit ſepultura?
265. Qui poſsint ſepulturam eligere?
266. Ubi fideles ſepeliri debeat? Et de Cæmeterio.
267. Extra ſepulchrum majorum poteſt quis aliquando ſepeliri. Quomodo probetur electio ſepulturæ? Quid de inducente ad eligendam ſepulturam.
268. Qui ſepulturam non elegit, ſepeliendus eſt in ſepulchro majorum. 269. Vel in Parochia.
270. Jus ſepeliendi competit Parochis.
271. Canonica portio, & quarta funeralis eis debetur.
272. 273. Qui à ſepultura Eccleſiaſtica excludantur?

TIT. XXIX. *De Parochijs, & alienis Parochianis.*
274. Quid ſit Parochia? Et de ejus limitibus conſtituendis.
275. 276. De juribus, & obligationibus Parochorum.
277. Quomodo debeant eligi Parochi?
☞ Id. num. Electio debet eſſe poſt concurſum, & juxta modum præſcriptum in una Conſtitutione. *
278. Cauſa limitum Parochiæ pertinet ad Eccleſiaſticum, & de talium limitum præſcriptione.

TIT. XXX. *De Decimis, Primitijs, & Oblationibus.*
279. Quo jure decimæ debeantur?
280. De decimis realibus, & perſonalibus.
281. Qui teneantur decimas ſolvere?
282. 283. Qui ab eis eximantur? 284. Cui debeantur?
285. De eis cognoſcit Eccleſiaſticus.
286. Quomodo adquiratur jus decimandi?
287. De Primitijs. 288. Et Oblationibus.

TIT. XXXI. *De Regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem.*
289. 290. Quid ſit Religio? & de ejus requiſitis.
291. De inſtitutione ſtatus Religioſi, & de ejus differentijs.
292. 293. Qui poſsint, vel non, religionem ingredi?
294. 295. De tempore Novitiatus.
296. Novitij in multis Religioſorum privilegijs gaudent.
297. De renuntiatione Novitiorum.
298. Novitius liberè à religione egredi poteſt. Quid ſit profeſsio?
299. Profeſsio ſtrictè accepta.
300. De requiſitis ad profeſsionem.
301. De effectu profeſsionis, & an Papa in ea diſpenſare valeat?
302. Quomodo deſeratur Religio?
☞ Id. num. Et quomodo procedendum in definienda nullitate profeſsionis. *
303. De tranſitu ad aliam Religionem.
304. De Ejectis. 305. De Apoſtatis.
306. De privilegijs Societatis in Indijs.

TIT. XXXII. *De Converſione conjugatorum.*
307. Conjux ante conſummatum matrimonium poteſt ingredi Religionem.
308. Secus poſt conſummatum, niſi in aliquibus caſibus.

TIT. XXXIII. *De Converſione infidelium.*
309. De infideli alium occidente, ut cum ejus uxore matrimonium contrahat. Parenti fideli relinquitur proles.

TIT. XXXIV. *De Voto, & voti Redemptione.*
310. Quid ſit votum? Et de ejus obligatione. 311. Et materia.
312. Votum de re mala non obligat. 313. Dividitur votum.
314. Dubitans ad quid teneatur?
315. Obligatio voti eſt perſonalis.
316. De voti diſpenſatione. 317. Commutatione. 318. Irritatione.
319. De mutatione materiæ, de ceſſatione cauſæ finalis, & de lapſu termini.

TIT. XXXV. *De Statu Monachorum, & Canonicorum Regularium.*
320. De ſtatu, & differentia Religioſorum.
☞ Id. num. Superior tenetur vigilare non corruat obſervantia religioſa. *
321. 322. 323. De obligatione votorum paupertatis.
324. Caſtitatis. 325. 326. Et obedientiæ.
327. De ſubjectione, receptione, veſtibus, & alijs.
328. De Clauſura Monialium: nec alijs in Monaſteria ingredi licet. ☞ Prohibentur omnino ingreſſus in Monaſterijs Monialium, ſub gravibus pœnis per noviſſimas conſtitutiones. * De Velis Monialium.

TIT. XXXVI. *De Religioſis Domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ.*
329. Epiſcopi poſſunt viſitare loca Eccleſiaſtica aliquibus exceptis.
330. Ad fundanda pia loca, quæ licentia requiratur?
331. Quomodo loca pia ad uſus profanos converti valeant?

TIT. XXXVII. *De Capellis Monachorum.*
332. Quomodo Eccleſia Parochialis Monaſterio uniatur?

TIT. XXXVIII. *De Jure Patronatus.*
333. Quid ſit Patronatus, & unde oriatur?
334. Dividitur Patronatus.
335. Qui habeant jus Patronatus?
336. Patronus habet honorem, utilitatem, & onus.
337. De jure præſentandi.
338. Patronus debet dignum, & tempore legitimo præſentare.
239. Quando poſſit variare?
340. Patronatus in alium transfertur ſucceſſione hæreditaria.
341. Donatione, permutatione, & venditione. Et adquiritur præſcriptione.
342. Quomodo probetur Patronatus?
343. Quis Patronatui derogare valeat? Et de Patronatu noſtrorum Regum.

TIT. XXXIX. *De Cenſibus, exactionibus, & Procurationibus.*
344. De Cenſus contractu.
345. De cenſu prout eſt penſio annua. De mutatione monetæ.
346. Quis cenſum imponere poſſit?
347. Quid ſit exactio, & quis eam imponere valeat?
348. De Principum Sæcularium tributis.
349. Quid ſit Procuratio?
350. Dos Eccleſiæ debet eſſe ſufficiens.

TIT. XL. *De Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.*
351. Eccleſia diverſimode ſumitur.
352. Quomodo fiat conſecratio?
353. Epiſcopus Diœceſis Eccleſiam conſecrat, & quomodo exercetur?
354. Miſſa regulariter intra Eccleſiam eſt celebranda.
355. De Altari, Calice, veſtibus, & alijs, quæ conſecrari, vel benedici ſolent. Et de Campanis.
356. Quibuſmodis Eccleſia polluatur?
357. Eccleſia polluta reconcilianda eſt.

TIT. XLI. *De Celebratione Miſſarum, & Sacramento Euchariſtiæ, & Divinis Officijs.*
358. Euchariſtia diverſimodè ſumitur. Miſſa unde ſic dicatur?
359. De Sacrificijs.
360. Sacerdos quando celebrare teneatur?
☞ Id. num. Omnes curam animarum habentes debent Miſſam pro Populo in Dominicis applicare. * De Oratorijs privatis. ☞ Et quando liceat in illis Miſſam celebrare. *
361. De hora celebrandi Miſſam.
362. Quoties in die poſſit celebrari? Et de Nocte Nativitatis.
☞ Id. num. In Hiſpania, & Luſitania in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum tres Miſſæ poſſunt celebrari, & ſtipendium non po-

teſt accipi per ſecundam, & tertiam, nec applicari particulariter. *
363. De tribus diebus ultimis hebdomadæ Sanctæ.
364. De Miſſis Defunctorum.
365. De Miſſis Votivis, & *de Aguinaldo.*
☞ Id. num. Hodie in Lauretana Domo nihil additur in Evangelio ſicut antea, ſolùmque in Littanijs dicitur *Angelus Domini, &c.* *
366. De præparatione Sacerdotis.
367. De Ornamentis Sacris.
368. De alijs Clericorum veſtibus, & de coloribus paramentorum.
369. De Ornamentis Cardinalium, & Epiſcoporum.
370. De Mitra, pectorali, & baculo.
371. De annulo, & ſignis, faldiſtorio: & quomodo ſacra ornamenta debeant tractari? Et de eorum benedictione.
372. De Turri Eccleſiæ, de gallo, campanis, & altari.
373. De Tabernaculo, ciborio, & cuſtodia Euchariſtiæ.
374. De Choro, & Officio Divino ibi recitando. De rubricis, & cæremonijs.
375. De Pulpito, aqua benedicta, & Imaginibus.
376. In Altari debet haberi crux, & de ejus ſignificatione, & Proceſſionibus. ☞ Et Benedict. XIV. decrevit, Crucifixum eſſe in Altari inter candelabra collocandum. *
377. De Calice, Patena, Mappis, Corporali, Miſſali, & Miniſtro.
378. Quodnam Miſſale debeat haberi? De Introitu, Gloria, Epiſtola, Graduali, & Evangelio.
379. De Symbolo, Offertorio, & Præfatione.
380. De Canone, & Memento. 381. De Conſecratione.
382. De reliquis uſque ad finem Miſſæ.
383. 384. Quid in defectibus in Miſſa occurrentibus fieri debeat?
385. 386. Explicatio Miſſæ ex Divo Thoma
387. De Cæremonijs, quibus noſtri Reges utuntur.
388. In ſola conſecratione ſtat ſacrificium. Et de thurificatione.
389. Regulares in ſuis Eccleſijs non ſunt impediendi celebrare. Sacerdos, & fructus Miſſæ variè conſiderantur. Et de ſtipendio. ☞ Et de applicatione Miſſæ pro Populo, ut ſupra num. 360. *
390. Numerus Miſſarum poteſt ab Epiſcopo ad minorem numerum reduci. Et de pœna non Sacerdotis celebrantis.
391. De Euchariſtia, & ejus materia, & forma.
392. De hujus Sacramenti Miniſtro.
393. Euchariſtia, ſi non per modum Viatici, à jejuno ſumatur.
394. De Horis Canonicis.
395. Quando recitandæ ſunt, & quis recitare teneatur?
396. Quid nomine beneficij veniat? Quæ à recitatione horarum excuſent?
397. Varia Decreta S. Congregationis afferuntur.

TIT. XLII. *De Baptiſmo, & ejus effectu.*
398. Status naturæ variè conſideratur.
399. Quid, & quotuplex ſit baptiſmus?
400. De baptiſmo flaminis. 401. De Martyrio.
402. De Inſtitutione, & neceſsitate baptiſmi.
403. 404. De ejus materia. 405. Et forma.
406. De intentione Miniſtri. 307. De ſubjecto baptiſmi.
408. Filij infidelium quomodo poſsint baptizari?
409. De Monſtruo. Et ubi debeat fieri baptiſmus?
410. De effectu baptiſmi. 411. Quando poſſit iterari?
412. De Patrinis.

TIT. XLIII. *De Presbytero non baptizato.*
413. Qui non eſt baptizatus invalidè ordinatur.

TIT. XLIV. *De Cuſtodia Euchariſtiæ Chriſmatis, & aliorum Sacramentorum.*
414. Euchariſtia in Eccleſia debet cuſtodiri.
415. Viaticum debet ad infirmos deferri. Chriſma, & oleum infirmorum in Eccleſia cuſtodiri debent.

TIT. XLV. *De Reliquijs, & veneratione Sanctorum.*
416. Solis Sanctis cultus publicus tribuitur.
417. Cultus quotuplex ſit.
418. Reliquiæ, quo cultu venerandæ ſint, & cujus authoritas requiratur? Et de earum Officio recitando.
419. De Reliquiarum furto, translatione, & venditione. Et de Agnis Dei.
420. Canonizatio Sanctorum ad Pontificem privativè ſpectat.
421. De Martyrum canonizatione.
422. Quomodo fiat canonizatio?
☞ Id. num. De modo procedendi in cauſis Confeſſorum, & Martyrum, & de cæremonijs, & ſolemnitatibus occurrentibus in canonizationibus, & beatificatione: & miracula, quæ requiruntur. *Agitur remiſſivè.* *

TIT. XLVI. *De Obſervatione jejuniorum.*

423. Quid ſit ſit jejunium?

☞ Id. num. Sublata diverſitate oppinionum, omnes etiam, qui ex aliqua neceſsitate carnes edunt, tenentur unicam comeſtionem ſervare. *

424. De unica refectione.

425. De hora refectionis, & collatione.

426. De diebus jejunij.

☞ Id. num. In Regnis Caſtellæ, Legionis, & Indiarum hodie in diebus Sabbati, ex omnibus animalium partibus, indiſtinctè carnes edi poſſunt. *

427. Quo tempore non jejunetur?

428. Qui jejunare non teneantur?

429. Quæ à jejunio excuſent?

TIT. XLVII. *De Purificatione poſt partum.*

430. De mulierum purificatione.

TIT. XLVIII. *De Eccleſijs ædificandis, vel reparandis.*

431. Quomodo Eccleſiæ debeant ædificari?

432. Cujus licentia. 433. Cujus ſumptibus reparetur?

434. De ejus deſtructione, & ampliatione.

TIT. XLIX. *De Immunitate Eccleſiarum, Cœmeterij, & rerum ad eas pertinentium.*

435. Quid ſit Eccleſiarum immunitas, & quo jure introducta?

436. De immunitate Clericorum ab oneribus.

437. Bona Eccleſiaſtica immunia ſunt à tributis.

438. Quid in neceſsitate communi?

439. Qui immunitate reali gaudeant?

440. De Subſidio, & excuſato. ☞ Et de ejus nova conventione affirmatur. *

441. 442. Quæ in Eccleſia non liceant?

443. De Aſylo.

444. 445. Qui Aſylo, ſeu immunitate gaudeant?

446. 447. 448. 449. Qui non gaudeant?

450. Extra crimina excepta nulli negatur immunitas.

451. 452. Quæ loca gaudeant immunitate?

453. Reus invitus regulariter non eſt ab Eccleſia extrahendus.

454. Nec Rector Eccleſiæ debet eum tradere.

455. Cauſa immunitatis pertinet ad Epiſcopum.

456. De pœna reum ab Eccleſia extrahentium.

457. Refertur Conſtitutio Gregor. XIV. & ordinatio Regia.

458. ☞ Refertur Conſtitutio Benedict. XIV. An. 1725. Ubi caſibus exceptis in Gregoriana, alios caſus, & declarationes adjunxit, & declaravit in quibus non gaudetur immunitate Eccleſiaſtica. *

459. ☞ Aſsignantur Judices, qui poſſunt declarare quænam delicta ſint excepta, vel non; & proponitur modus procedendi ad extractionem reorum, è loco ſacro, ſecundùm dict. Conſt. Benedict. XIV. *

TIT. L. *Ne Clerici, vel Monachi Sæcularibus negotijs ſe immiſceant.*

460. Quid, & quotuplex ſit negotiatio?

461. Lucrativa Clericis, & Monachis prohibetur.

462. De pœna Negotiatorum.

☞ Id. num. Omninò prohibetur negotiatio Clericis per ſe, vel per alios. Et ſpolia provenientia ex illicita negotiatione applicantur Cameræ Apoſtolicæ. *

463. Clericis prohibetur militare, medicinam exercere, eſſe Notarios, & Procuratores.

464. Quibus prohibeatur ſtudium Medicinæ, & Juris Civilis?

465. De pœna Doctorum admittentium Religioſos ad Juris Civilis, & Medicinæ ſtudium.

466. Clericis de cauſa ſanguinis cognoſcere prohibetur.

467. De alijs, quæ prohibentur in præſenti.


NOTI-



JHS

# NOTITIA JURIS PRÆAMBULA, ET INTRODUCTIO AD COLLECTIONEM JURIS CANONICI, HISPANI, ET INDICI.

NE HOSPITE INSALUTATO, UT COMMUNITER dicitur in ſecretiores juris quæſtiones ingrediamur, oportet aliquid de ejus origine, progreſſu, diviſione, & alijs partibus prius dicere, & tanquam in propylæo ejus membra oſtendere, illiuſque authoritatem declarare.

Num. 1 JUS ergo, ſic dictum eſt, quia *juſtum* eſt *text. in c.2.D.1.* ſeu à *jubendo* quaſi *juſſum*, teſte *Ariſtotele.* ſeu à *juſtitia* ſic appellatum eſt. *L. 1. ff. de juſt. & jur.* Et ibidem ſic definitur: *Ars boni, & æqui,* & in hoc ſenſu eſt idem ac ſcientia juris, nempè Canonum, & Legum, ſeu *Juriſprudentia,* quæ definitur: *Divinarum, atque humanarum rerum notitia, juſti, atque injuſti ſcientia. L. 10. §. 2. ff. de juſtit. & jur.* quæ definitio potius noſtræ Canonicæ, quam Civili juriſprudentiæ convenit. Jus aliquando ſumitur pro loco Judicij, ſic dicitur in jus vocare, in jus ire; aliquando pro Judicis ſententia, qui etiam quando inique decernit, jus facere dicitur *l. 11. ff. de juſtit. & jur.* Aliquando pro eo, quod juſtum eſt, & Legibus conforme, & quidquid bonum, & æquum eſt jus dicitur *l. 11. ff. de juſtit. & jur.* Aliquando ſumitur pro illa facultate, quam quis habet à natura, ſeu legibus conceſſam ad aliquid faciendum, vel omittendum, vel ad obligandum alterum, ut aliquid det, faciat, vel omittat, & ſic dicitur, quod qui utitur ſuo jure, nemini facit injuriam *l. 155. §. 1. ff. de reg. jur. l. 14. tit. 34. p. 7.* Et quod quilibet poteſt